

Instruere populum ut ardētius, & detinotius
ad huius Sacramēti perceptionem, & frequen-
tationem accendatur, & inflāmetur. In pri-
mis docebit per hoc Sacramentum conferrē
gratiā [sicut & per cetera à Christo Domī
no instituta] ut docet Concilium Floren. in
Bulla vñionis, vbi sic dicit. Effectus huius
Sacramenti quem in anima operatur dignē
sumētis est adunatio hominis ad Christum.
Et quia per gratiā homo Christo incorpora-
tur, & membris eius vnit: consequens est, q̄
per hoc Sacramentū in dignē sumētibus gra-
tia augeatur. Et in Conc. Trid. Sess. 13. ca. 2.
dicitur. Ergo Salvator noster discipulus ex
hoc mundo ad Patrem, Sacramentum hoc in-
stituit, in quo diuitias diuini sui erga homi-
nes amoris velut effudit, memoriam faciens
mirabilem suorum, & in illius sumptione
colere nos sūi memoriam præcepit, suāque an-
nunciare mortē, donec ipse ad iudicandū mū-
dū veniat. Sami autē voluit Sacramentū hoc
tanquā Spirituālē animarum cibum, quo alā-
tur, & confortentur viuētes vita illius, quā
dixit. Qui manducat me, & ipse viuet prop-
ter me, & tanquā antidotū, quo liberemur à
culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus